BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 136
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et mulieres aliquae quae erant curatae ab spiritibus malignis et infirmitatibus maria quae uocatur magdalene de qua daemonia septem exierant.

Maria magdalenae ipsa est cuius proxima lectio paenitentiam tacito nomine narrat. Nam pulchre ac reuerenter euangelista ubi eam cum dño iter facere et quae de facultatib: suis ministrare commemorat. noto hanc uocabulo manifestat ubi uero peccatricem sed paenitentem describit mulierem generaliter dicit. Neu id elicet tanto nomen fame quo pomnes hodie uenerantur ecclesias prisci erroris notam fuscare. de qua daemonia septem exisse referuntur ut in numeris immo uniuersis uitiis plena fuisse monstretur. Nam quia septenis diebus saecula currunt. septenario saepe numero sol et in scripturis uniuersitas intamari. Unde et sci quoq: spis gratiam pphetia septem uirtutum distinctione conplectitur.

Et iohanna uxor chuza procuratoris herodis.

Si maria mundatam a sordeuitiorum ecclesiam degentib: insinuat. Cur non iohanna eandem designet ecclesiam quandam quidem idolorum cultui subditam sed iam nunc xpi pietate redemptam? Nam quilibet malignus spis ad deceptionem generis humani promptus dum pro regno diabuli facit quasi herodis impiissimi procurator existit.

Et susanna et aliae multae quae ministrabant eis de facultatibus suis.

Consuetudinis iudaice fuit nec ducebatur in culpam more gentis antiquo ut mulieres de substantia uictum atq: uestitum perceptorib: ministrarent. hoc quia scandalum facere poterant in agonib: paulus se abiecisse memorat. Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi sicut et ceteri apostoli faciunt. ministrabant autem dño de substantia sua ut meteret eorum carnalia cuius ille metebant spiritalia. non quo indigeret cibis dns creaturarum sed ut eum ostenderet magistrorum quod uictu atq: uestitu ex discipulis deberent esse contenti. Interpretatur autem susanna lilium aut gratia eius sed melius si feminino nomen figuraretur alilio. Credo propter odori ferunt caelestis ante candorem auiarum q: inter nedilectionis ardorem. Iohanna dni gratia eius uel dni misericordia.

Uidelicet quae eius sed omnes qui uiuimus. maria amarum mare propter utriq: insitum paenitentiae rigatum quo uel ipsa maria uel nos singuli uitia prisca deflemus ut ad gratiam spendoremq: puenire mereamur aeternum. magdalene turris sed melius si ait a monte montanus. tatturrensis. turre dicit. Illa scilicet cui psalmista canit deduxisti me quia factus est spes mea turris fortitudinis a facie inimici.

XXVIII

Cum autem turba plurima conueniret et de ciuitatibus properarent ad eum. dixit per similitudinem.

Exiit qui seminat seminare semen suum.

Hanc parabolam dns ideo pseipsum exponere dignatus est. ut figuratae seloqui innotescere et